



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De illis qui Deum hæredem faciunt. cxli.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

viris terminentur. Et si obedire noluerint, quousque obedi-
ant à liminibus sanctæ ecclesiæ excludantur.

*De his qui oblationes parentum aut testamenta, vel
quod ipsi donauerint Ecclesiis, retinere aut aufer-
re conantur. Cap. CXL.*

CLerici etiam vel seculares, qui oblationes parentum aut *Ex concil.*
donatas, aut testamentis relictas retinere perfite- *habito a-*
rint, aut id quod ipsi donauerint ecclesiis vel monaste- *pucl Va-*
riis crediderint auferendum, sicut synodus sancta con- *sentias.*
stituit, velut necatores pauperum, quousque reddant ab *cap. 4.*
ecclesiis excludantur.

De illis qui Deum heredem faciunt. Cap. CXLI.

Augustinus ait in libro de Hæredibus: Noli sub imagi- *S. Isidor.*
ne pietatis augere pecuniam, dicens: Filiis meis ser- *dicut.*
uo has res. Quare non potius seruas illi qui te ex nihilo
fecit, qui te pascit, & filios seruat? Nõne melius creatori
tuo thesaurizabis quàm filiis? Item idem: Qua fronte hæ-
reditatem à Christo quaris, quum Christum tua hæredi-
tate fraudaueris? Qui dixit: Thesaurizate vobis thesau-
ros in cælo?

*De his qui oblationes defunctorum aut negant aut
difficulter reddunt. Cap. CXLII.*

Qui oblationes defunctorum aut negat ecclesiis, aut *Ex concil.*
cum difficultate reddunt, tanquam egentium ne- *apud Va-*
catores excommunicentur. *sentias,*

De eadem re. Cap. CXLIII.

Ipsa enim res fidelium, oblationes appellatur: quia do- *Ex decre.*
mino offeruntur. Non ergo debent in alios vsus quàm *Vrba. pa*
ecclesiasticos, & prædictorum Christianorum fratrum *cap. 4.*
vel indigentium conuerti: quia vota sunt fidelium, & pre-
cia peccatorum, atque ad prædictum opus explendum do-
mino traditæ. Si quis autem, quod absit, secus egerit, vi-
deat ne damnationem Ananix & Saphyræ percipiat, &
reus sacrilegij efficiatur sicut illi fecerunt qui precia præ-
dictarum rerum fraudabant, de quibus in prædictis legi-
tur apostolorum actibus.

De eadem re. Cap. CXLIII.

Ex concil

Si quis oblationes ecclesiæ extra ecclesiam accipere vel *Gangr. 1.*
dare voluerit præter conscientiam episcopi vel eius cui *cap. 7.*